

VICTORIA

SERENISS. POLONIAE REGIS

contra Vayeuodam Muldauię, Turę
cætributarium & subditum,

, 22. Augusti parta.

• 1 5 3 17

IOANNES Dantiscus. C. Episcopus Culmens. Serenissimi Poloniæ
Regis Orator, Reuerendissimo in Christo Patri, domino Ste-
phano Gabrieli, Patriarchæ Indiarum, Archie-
piscopo Barrens. Episcopo Giennens.
Cæs. Ma. a Consilijs Secretis.

Nuper ornatissime Præful, quum nos multæ eruditionis & candidi
ingenij vir eximius D. Alphonsus Valdesius Cæs. Ma. Secretari-
us, una cum Clarissimo Viro D. Francisco Delos Conos in regno
Legionis Hispaniæ Equitum Diui Iacobi Commendatore maiore, Cæs. Ma.
primario Secretario, & Consiliario, Et Illust. D. Francisco de Bonadilla
Archidiacono Toletano, Celeberrimi Salamatici gymnasij Cancellario, iu-
uene supra ætatem Græce & Latine doctissimo, Apiciano illo prandio lau-
tissime accepisset, & perhumane tractasset, quæsiuit a me P. T. Reueren-
dissima quibus modis felix illa uictoria in mense Augusto præterito Serenissi-
mo Domino meo contra Valachū Ducem Muldauiæ (huc incolæ Vayeu-
dam uocant) cessisset, petens a me, ut rei gestæ seriem tibi darem cōscriptā,
quo pro ea obseruantia, qua Serenissimos Regem & Reginā Poloniæ pse-
queris, hæc tam ampla & a D:o data, excellens uictoria, quæ iā per uicinas
regiones diuulgata est undiq:, etiam per omnem uestram Hispaniam orbis
Christianī partem felicissimam, & ad alias exteris nationes, diffundere-
tur. Vnde Christiani principes simili exemplo in religiones nostræ hostes
incitarentur, quod tuum desyderium, quum ex incomparabili tua prudentia,
& exactissima magnaꝝ rerum experientia, in quibus uersatus es semper,
profectum esse cognoscerem, non potui non plurimum p̄bare, confessimq: ut
illi satisficeret, animum adieci, & in compendium totam huius faustissimæ
uictoriæ historiam redactam, tibiq: dicatam, typis excudi curau. Proinde
quæ scripta tibi a me dari postulasti, ut formulis expressa, quæ facilius legi
possunt, grato animo accipias, oro. Si quid aliud est quod præstare possum,
tu præscribe, mihi iussa capessere fas est. CHRISTVS Opt. Max.
P. T. Reuerendissimam sospitet q̄ diutissime, & prosperet in omnibus.

Ex Bruxellis.



XVI. Qu. 2826

VICTORIA
SERENISS. PRINCIPIS ET DOMINI,
Dñi Sigismundi ei⁹ nominis primi, Regis Polonię,
magni Ducis Lituanię, Russię, Prussię ac Maſo-
nię &c. Dñi & h̄eredis cōtra Vayeuodā Muldauię,
olim Dacię, Turcę tributarium & subditum,
cui subest Valachia, Myſię inferioris pars
ad flumen Tyram influens pontū
euxinum, quæ a deo data fuit
terna in mense Augusto
pr̄eterito, & cōsum-
mata. 22. die eius
dem mensis.
An. Dñi M.D. xxxi.

Vayeuoda Muldauię & pr̄decessores eius, ut
p̄fidorum mos est, nihil vñq; lōgo iā tempore,
Regibus & regno Polonię, quod tenebantur, pr̄esti-
terunt, cui ipse Vayeuoda innixus, hyeme pr̄eterita,
pr̄ater omnem expeſtationem foederibus & iuramē-
tis, que fecerat, neglectis, nullaq; hostilitatis denun-
ciatiōe pr̄emissa, prouinciā regni Polonię Pokuczię
nūcupatam, fide & honore posthabito, occupauit.
quā iniuriā quū Ser. Polonię rex diutius ferre nō pos-
set, exercitū selectorū mercenariorū militum ex regno
suo cōparauit & cōscribi iussit, opa magnifici Dñi
Ioannis Comitis de Tharnovv, Palatini Russię &
exercituū regni Poloniae Capitanei generalis, viri in
militaribus clarisq; alijs in rebus pr̄estātissimi, que
ille

ille uarijs i locis, ne hostis certū numerū scire posset,
collegerat & disposuerat, & nō multo āte festū San-
cti Iacobi ad loca, quę pr̄esidijs hostis firmata erant,
admoueri iusserat. Cōstabatq; totus ille exercitus e-
quitibus, p̄ter. 300. pedites, qui machinis & bōbar-
dis erāt addicti. Ex his eq̄tibus ipse Capitane⁹ gñalis
pmisit. 2000. & aliquot centū equites, qui p̄ter Vala-
chorū spem & scientiā varijs in locis prouinciam illā
Pokucię adorirētur. Valachorę ibidē in p̄sidijs erāt
fortassis. 1400. bello apti, p̄ter aliā colluuiē. Poloni
milites mādata Capitanei strenue exequētes, nō vna
ex pte eā puinciā iuaserūt, cōfligētes cū hostibus mul-
tos trucidarūt, & nō paucos viuos ceperunt, inter q̄s
erāt plēriq; ipsi⁹ Valachi familiares & aulici. atq; i
duob⁹ dieb⁹ totā illā puīciā recuperarūt, p̄ter castrū
qddā Gvvosdziecz, qđ cui dā nobili Polono Thvvo-
rovvski nūcupato fuerat ademptū. hoc tñ etiā paulo
post obsidētes, i potestatē suā redegerūt, & illi quēdā
pfectū militū Vlodek noīe p̄fecerūt. Pauci ex illa Po-
lonorę irruptiōe, Valachorū, qui supfuerāt, euasere i
Valachiā. Huic victorię Capitaneus gñalis, Comes
de Tharnovv nō iterfuit, sed cū potiore exercitus pte
rerę euētū nō pecul p̄stolabaē. Victorię uero nūciū cū
qbusdā captiuis nobilis qdā iuuenis Spitek de Thar-
novv Sereniss. Polonię Regi Cracouiā apportauit.
Paulo post appulit etiā ad Sereniss. Ma. Regiā gene-
rosus Dñs Hieronymus Schafffranyecz, q plurimos
ex ea victoria captiuos attulit. hicq; hīc inde per Ca-
stra Regia habēt distributi. Posthāc acceptā cladē

Vaye

Vayeuda Valachus percitus, oēs quas potuit suorē copias congesit, & in tres exercitus diuisit. eratq; numerus omniū supra viginti milia. cum his in prō uinciā Pokuczię perueniens. 6000. equitū ad recuperandum castrū Gvvosdziecz transmisit. De quo certi or factus Comes de Tharnovv, Capitaneus generalis, mature cū toto suo exercitu, & his qui vltro se adiunxerant, ad succurrēdū obfessis & castro affuit. Hoc uidētes Valachi. 19. Augusti preteriticū exercitu Polono manus cōseruerūt. In eo cōflictu, cū dei adiutorio, Poloni superiores facti, Valachorū illa. 6000. profligarunt, & in fugā v̄terunt. Multi illorū cæsi, capti q̄ plurimi, & presertī de illis, q̄ ipsius Vayeou dē curię inferuiūt. Hanc suorū stragem, quū a duob⁹ suis Capitaneis, qui ex prēlio pfugerāt, Vayeuda audiuit, cōmot⁹, iussit illis amputari capita, sed aliorum precibus uict⁹, catenis ferreis uinctos custodię mādauit. Hec ē Valachorū cōsuetudo, ut eos oēs q̄ ex pugna euadentes domū reuertuntur, supplicijs grauiorib⁹ q̄ si in bello cecidissent afficiāt. Hic fit, vt in configēdo multis alijs nationibus sint ferociores. Accensus itaq; Valachus ira pariter & pudore ipse ī pfona cū suis oīb⁹, Polonos septos castris, ut eorum mos ē, currib⁹ & uallis factis, cū multis magnis bellis tormētis, quē secū duxerat, aggress⁹ ē. Quūq; Poloni sic cīcti, nō excedētes sextā partē numeri militū, quē secū habuit Valachus, uim globorē ulteri⁹ ferre non possent, prioribus uictorijs aīati, & ope diuina adiuti, extra uallū in ordinibus suis, p̄siliētes prēliū cōmi

cōmiserūt, & cū hostibus de perfidia expostulātes, &
certantes ad quīq̄ horas sine intermissione cōseruerūt
manus, illosq; ad internicionē usq; pstrarūt. Nāq;̄
prēter multa alia milia cæsorū V ayeuoda ipse fugiēs
duob; uulnerib; ē affectus. Tormēta bellica magna
quīquaginta cū pulueribus, globis, curribus onera-
rijs, & toto cōmeatu capta. Inter quę fuerāt quedam
ān 34. annos Polonis, & superioribus annis iōis Trās-
syluanis Hungaris adempta. Itē duo uexilla maiora
& principaliora, tympana, & multa alia bellica ap-
paramēta. Quę oīa facta sunt 22. Augusti prēteriti.
Poloni psequentes uictoriā, īsequuti sunt fugientes
Valachos p miliare Germanicū vnū et dimidiatum,
trucidātes et plerosq; de nobiliorib; uiuos capiētes.
Fuit cæsorū ingēs numerus, & inter eos multi de pri-
moribus Valachi repti. Hūc lētū uictorię nūciū at-
tulit Sereniss. Poloniæ Regi qdā pfect⁹ militū, noīe
Szvviencziczki. 29. Augusti Cracouiā. Postero die
missus a Comite de Tharnou, Capitaneo gñali qdā
iuuenis nobilis noīe Sbigneus Szienyēski quosdam
Screniss. Ma. Regię etiā captiuos attulit. Et inde ali⁹
prefectus militū Iaslovvieczki duxit secū magnū ca-
ptiuorę numerū, inter q̄s est q̄ dicit sermōe Valacho
Glogofet, qd ē apud illos sup̄mi Cancellarij nomē.
Item & pocillator seu pincerna, & structor mensæ
cū plerisq; alijs ipsius Valachi officialibus. In sum-
ma nihil aliud ex eo cōflictu secū q̄ duobus uulneri-
bus sauciū corpus asportauit Valachus, q̄ nō imme-
rito pfidię sue sic dedit poenas. Hic tantus timor su-

os in

os in Valachia inuasit, ut multi in Hungariā & Moldauia quotidie cū bonis suis pfugiāt. CHRISTO Dño sit honor & gloria, atq; oīs gratiarē actio, qui Serenissimū Poloniæ Regē q̄ diutissime contra crucis suę hostes uiuere & triumphare concedat. Amē.

Excerpta est hæc uictoriæ historia ex ipsis Sereniss. Polonię Regis literis, & quorūdam, qui omnia magis peculiariter scripserunt.

Datum Bruxellis, in curia Cesa. Ma. 24. Septemb.
An. Dñi. M. D. xxxi.

Per R. D. Ioannem Dantiscum, C. Episcopum Culmensem, Oratorem ipsius Serenissimi Regis.

Hilarij Bartelephi Ledę
Epigramma.

Clara Sigismundi cui non uictoria Regis
Audita est? cui non spesq; animosq; facit?
Et cunctamur adhuc? neq; nos uel suada monentis
Dantisci toties, uel pia musa mouet?
Si ter de fidei sic hostibus ille triumphat,
Et bis dena Dei milia sternit ope.
Quid faceret, si tota suos resp. Christi
In Turcam Reges mitteret unanimes?

Louanij, ex officina Rutgeri Rescij.
An. M. D. XXXI. XII. Cal. Nouēb.

